



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

84. Miles Monasteriensis in hostico septis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

& signis, more militari, decimâ quintâ Decembris egressos, sarcinisque omnibus, *Uredenam* usque deduxerunt. Recuperato sic *Lochemio*, tametsi in hyberna duci exercitum nunc oportere plures sentiebant, quod tamen constaret Ordinibus gratius fore, si in ipsis adhuc terræ suæ visceribus hostis impetere-
tur, visum est propiùs *Dioecesin* castra mo-
vere.

Quandò è Galliis auxiliares in Belgium descendere nunciabantur, *Christophorus Bernardus* cceptam nuper pontis fabricam admirabili celeritate maturabat, ut militem suum in *Caltris Winschotanis* septum tandem educeret, junctumque exercitui, hostibus objectaret. Jamque ingestâ immensum terrâ, cespitem, arenâ, & præter incredibilem, ut antè memini, asserum & omnis generis lignorum farraginem, ramis arborum, ipsisque arboribus injectis, ac palis, trabibusque ad marginandum defixis, ita opus excreverat, ut continuam trium horarum paludem, viâ nunquam visâ, permeabilem, equitabilemque fecerit; & copiæ, quæ paludibus, aquisque cinctæ, nunquam evasuræ credebantur, ante finem Novembris, inexplicabile iter, ad stuporem omnium, feliciter emensæ sint. Frontem tenebant pedites; medium sarcinæ & præda, milleni *Frisij* boves; agmen claudebat equitatus. Eductis jam Legionibus, cum

1665.

84.

*Miles
Mona-
steriensis
in hostico
septus.*

*Miri
pontis
beneficio.*

*Feliciter
evadit.*

1665. *burgicus* miles auxilio Batavorum destinatus in agro *Osnabrugensi* coire significaretur, quatuor mox equitum millia isthic emisit, ut diribitoria, ac delectus quoscunq̄e disjicerent, turbarentq̄e; sed comperto ex vanumorem esse, ad Castra revertuntur. Cetus autem copias Batavorum *Isalam* trajecit, & *Lochemio* minari, jubet exercitum in *stem* contendere, & confertis manibus tentare fortunam. Jamq̄e *Monasteriensis* *Westerhuicam* usque progressi erant, sed cum *Batavi* occupato jam *Lochemio*, relicta ad *laxam* *Grollâ* ac *Bredefurto*, referre pedem, & *Zehlemense* *Ericetum*, versus *Isalam*, rursus descendere nunciantur, quodq̄e militum *D.*

In ho-
stem
movet.

Landgravius Hasso-Homburgensis, tribus septimanis à *Christophoro Bernardo* ad *Celestem* ablegatus, isto tempore abesset, nec *Plurenium* & *Gorgassium* benè convenire, jussu Principis dissoluti, injectâ *Bucholdia* prius *Legione Scharenbergicâ*, in hybernâ mittuntur.

85.
Batavi
delibe-
rant.

Sub id Batavorum exercitus in *laxam* *Dicecesis* ad *Rhedam* pagum haud longius minus leucæ spatio *Bucholdiâ* distans, castra facit, deliberatq̄e *Civitatis* istius *obsidionem*. Facilem persuadebant *Hambroeckum*, qui *Castrum* isthic suburbanum, *Bunekottam*, habitabat, & *Ingenhovius* satrapa *Weerdtum*, quorum uterq̄e sub signis Batavis mercabatur. Nullus